







TEXTO EN VERSO PARA TRADUCIR CON DICCIONARIO (COMENTARIO FONÉTICO, MORFOLÓGICO Y MÉTRICO)

**C. VALERIVS CATVLLVS, LXIV**

Nam perhibent olim crudeli peste coactam Androgeoneae poenas exsoluere caedis <b>electos iuuenes simul et decus innuptarum</b> Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.	
<b>quis</b> angusta malis cum moenia uexarentur, ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis proicere optauit potius quam talia Cretam funera Cecropiae nec funera portarentur. atque ita naue leui nitens ac lenibus auris magnanimum ad <b>Minoa uenit</b> sedesque superbas.	80 85
hunc simul ac cupido conspexit lumine uirgo <b>regia, quam suauiis exspirans castus odores</b> lectulus in molli complexu matris alebat, quales Eurotae praecingunt flumina myrtus auraue distinctos educit uerna colores, non prius ex illo flagrantia declinavit lumina, quam cuncto concepit corpore flammam funditus atque imis exarsit tota medullis.	90
heu misere exagitans immiti corde furores sancte puer, curis hominum qui gaudia misces, quaeque regis Golgos quaeque Idalium frondosum, <b>qualibus incensam iactastis mente puellam</b> fluctibus, in flauo saepe hospite suspirantem! quantos illa tulit languenti corde timores! quanto saepe magis fulgore expalluit auri, cum saeuum cupiens contra contendere monstrum aut mortem appeteret Theseus aut praemia laudis! non ingrata tamen frustra munuscula <b>diuis</b> promittens tacito suscepit uota labello.	95 100
nam uelut in summo quatientem brachia Tauro quercum aut conigeram sudanti cortice pinum indomitus turbo contorquens flamine robur, eruit [...]	105
sic domito saeuum prostrauit corpore Theseus nequiquam uanis iactantem cornua uentis. Inde pedem sospes multa cum laude reflexit errabunda regens tenui uestigia filo, ne labyrinthis e flexibus egredientem tecti frustraretur inobseruabilis error.	110 115

- COMENTARIO FONÉTICO Y MORFOLÓGICO de las palabras en negrita. (1 PUNTO)
- MÉTRICA: mídanse con comentario los versos resaltados → 78, 87 y 97. (1 PUNTO)